

Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Sect. IV. Animi hac gemina documenta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)

Item cap. 4. Sichar, cùm diceret Samaritidi, *Da mihi bibere. Psaltes* A
v. 7. quidem representans Deum, *Se fúriero*, inquit, *non di-*
cam tibi, meus est enim orbis terra, & plenitudo eius. Quis
enim verò metuebat hujus supplicii, ut Dei Filius crucia-
retur extremâ siti? Deus olim ab Hebræa plebe argen-
tum, æ, aurum, purpuram, in tabernaculo usum, ab
Abrahamo filium, stipem sanguinariam petiit; hodie,
eché! mendicavit aquam, & nemo ei dabant. Acetum
quidem porrectum est, sed in ludibrium & tormentum, unde potius cresceret sitis quam extingueretur;
acetum enim exsiccatur.

Acetum
accidente
hyssopo &
spongia
Christo
datum
eo vita
protollerentur.

Sed unde tam prompte acetum, spongiam, hyssopum protulerunt? Romano ritu hac in promptu erant ad hoc supplicii genus, non ut daretur patibulatis bibendum, sed ut iis protolleretur eo vita, dum exhaustissent quod deberent pena; nam ossa vespere frangebantur. In eam rem acetum naribus admotum recreat semianimes, & sanguinem sitit, præcipue hyssopo accidente ac spongia. Sic ergo tel dum figerentur cruci, vel ob dolorem vs mortis metum animo linquerentur, mox accepto reficiebantur; aut si nimio sanguine manarent, comprimento illi acetum admovebatur spongia. Crux tam lepta quam acerba mors. Ut ergo durarent rei, his rigidoribus opererat fomentis.

Baron. tom.
1. ad an. 34. Testatur Cæsar Baronius, hanc ipsam spongiam ho-
diisque in Laterano Romæ servari sanguinolento colore tinet, quod & alii testes oculati asserunt. Hæc ergo spongia vulneribus applicari solita, Christo sitiensi pro cyathio porrecta. Hæc, regium illud est poculum, hoc necestat illud suavissimum, acetum & spongia, cruo-
re utraque infecta.

S. III. E siti hac gemina documenta.

Pius II. Pontifex Maximus contracta ex itinere siti, lac camellæ ligneæ, sed prorsus immundâ propinatum à pastore, non recusatib; bibere, partim ridentibus partim indignantibus palatinis comitibus. Quibus Pater reverè Pius, Et hoc mihi, ajebat, dulcius est quam Araxerxis poculum; qui sitit, crystallino non eget. Dum acetum, potus miserabilis porrigeretur Christo, flebant aliqui, sed pauci, plurimi ridebant, sed Servatori hæc mordax vappa magis sapuit, quam ferca letissima, Apianum nobilissimum, idque amore nostri. Cur igitur non & nos amore ipsius amiores hos calices perhauiimus? Prior bibe Christus & propinavit: non respondebimus? Aut bibendum hæc aut abeundum. Nec enim habebit partem cum Christo, qui bibere recusat hunc calicem Christi. Bibe, mi homo, bibe, bibe; & patere quod te Dominus tuus vult pati, quodque prior ipse passus est. Hic duo quædam observanda sedul.

I. Animus hominum ingratisimus. Israëlis populus omnium gratiarum immemor, pro aquâ è rupe fusâ, pro annonâ & nubibus delapsâ, pro copiosissimis coturni cum nimbis, vinum myrratum, fel, acetum rependit suo Conditori. Quod ingratu animi crimen detestatus Hieremias, Ego, inquit, plantavi te vineam electam, omne semen verum. Quomodo ergo conversa es mihi in pravum vinea aliena? Idem exprobans Isaïas, Vinea facta est, inquit, dilecta meo in cornu filio olei. Et sepirit eam, & lapides elegit ex illâ, & plantavit eam electam, & adficavit turram in medio ejus, & torcular extraxit in eâ; & expectavit ut faceret uvas, & fecit labruscas. Ita reverè Deus cum quovis hominum agit, cum ut vineam colit, innumeris cum beneficiis sibi devincit; hinc ab eo jure fructus exigit. Quid vinea tam operosè culta fructuum reddit? Tot malas, tot pessimas cogitationes, tot improbos sermones, tot perveras actiones, meras pene labruscas, hunc acidissimum potum cruenter offert spongia, cor immundum, appetens vindictæ, invidum. In hos Propheta clamant: *Ve qui potum dat amico suo, mittens fel suum. Hæc accepti* beneficij turpissima est oblivio.

Habac. c. 2.

v. 15.

II. Summa Christi patientia. Nemini precatur ma- Ser lè, neminem diris devovet ob immisericordiam tam barbaram, quam extremitati denegavit, vel frigidam. Servator suum nobis sudorem, suum sanguinem, suas lacrymas, imò & aquam à suo pectori promanare iussit, & ipse siti moritur.

C. Marius cùm castra eo loci posuisset, ut aquationem haberet difficultiam, exercitu jam plurimum sitiens, in concionem progressus, *A vobis hodie, commilitones, inquit, emendus est potus, aut vestro, aut hostili sanguine. Oratio*ne animatos in aciem eduxit. Mariani foriter rem ege- runt, & magnam ediderunt stragam hostium, sic aquam emerunt, fed hostis sanguine. Dux noster Christus, ut aquam vivam in celo hauriendam nobis emeret, ipse sitim pertulit, & aquam illam suo emit sanguine.

S. IV. Animi siti in Christo quantitas

Darius Perilarum rex ab Alexandro Macedone vi- etus ingenti pælio ex acie fugit vulneratus; sed ab Alexandri copiis in ipsa fuga deprehensus est. Rex mis- ser, imò jam exutus regno, & proximus morti, hoc unum supremi beneficii loco petiit, posse sitiim potu obvio le- var. Porrocta est frigida. Ea haustâ Polystratum Ale- xandri militem, qui aquam porrexerat, humanissime affatus. Hic mihi, ajebat, omnis meæ felicitatis terminus est. In eum me rededit ordinem fortuna, ut nec istud quidem beneficij possim rependere. Rependeret aliis. Alexander Rex qui matrem, conjugem, liberos meos tam amicè habet, hoc apud te non expunger. In eam rem dextram hanc poirigo, ut interprete, quid ego velim posse, non possim. Sic dextrâ Polystri ap- prehensâ decepsit vitâ, Codris omnibus & Iris paupe- rior, Rex quondam opulentissimus.

Rex Angelorum Christus Joanni ac Matri velut emi- nus dextram porrigenus supremum dixit vale. Deinde doloribus omnibus patientissimo silencio supplex, se siti arere non dissimulans exclamavit, *Sitio. Crudelis & horrenda fuerit hæc siti necessitate est. Sed ea certe non solùm macerabat corpus, sed & animum fatigabat. Quod Hostiensis Episcopus Drogo admiratus, O Domi* Domi *ne, ait, quid sitiis? Ergo plus cruciat sitiis quam crux: De cruce* files, & de sitio clamas, *Sitio. Quid obsecro Vestram fratribus, pectora vestrum salutem, vestrum gaudium. Plus animarum inter- cunctarum, quam mei me cruciatus torquent. Quod Augustinus* paucis complexus, *Quid esurivit, quid sitiit Christus, inquit, nisi bona opera nostra? Sitio, dixit, quamvis illi non hoc dederint quod sitiobat, ipsos enim ille sitiobat: At illi acetum derunt, non vinum novum, quo implent utres novi; ed vinum dyplo- & malum vetus. Dicitur enim vinum vetus, peres homines.*

Si Christum interrogemus ab ipso vivendi exordio: Cur, bone Jesv, hominem induisti, cur natus, cur in præsepi politus, cur circumcisus es? cur Ægyptum fugâ perieristi, cur concionatus, cur famem sitiungis passus, cur peregrinatus es? Ad omnem hanc quaestione respondet: *Sitio, sitio, sitio. Si rogarius ulterius. Cur autem te comprehendendi ac ligari, cur flagellis tam atrociter cedi, cur veripibus tam immaniter compungi, cur in trabem clavis suffigi voluisti? Sitio, diceret, sitio, sitio salutem velutram. Sitis mea, salus vestra, redemptio vestra, fides & gaudium velutram. Ita non sibi, sed nobis omnibus situit.*

Rudolphus I. Imperator, cùm in Bohemia Regem Ottacarum rebellem arma moveret, exercitus Imperatorius summâ aquâ penuria laborabat, ipse erat Imperator tolerare sitiū discebat. Inter hac eminus conspicitur homo paganus, qui mesceribus potum serebat. In hanc prædā non tantum oculi plurimorum, sed & avida manus ibant. Abreptus est homo una cum lagenâ. Hanc Imperatori offerabant, quam tulisset bona fortuna compescendæ siti. At optimus Imperator non Reges tantum sed seipsum doctus vincere, mox homi- nilage.

ni lagenam nemini ore libatam reddi jubens. Ego quidem, ajebat, exercitu meo, non mihi sitiebam. Ita verissime Christus non sibi, sed humanæ genti sitiebat, nos ab interitu servatos cupiebat.

§. V. Christus moriturus sitienti cervo collatus.

Canic Rex David: Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima ad te Deus. Miratus quo non immergit possit, cur Christus in divinis libris lapidis conferatur cervo. Caussatum aliquot erramus.

I. Cervus capitalis hosti colubrorum & serpentium. Ubi ubi occasio pugnae, digladiantur inter se. Cervus serpentes è cavernis suis vel halitu edicit, & interficit. Hinc cervo venena gluenti fitis maxima. Christus cum antiquo pugnans serpente, delictorum nostrorum virus attaxit. Posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrorum. Hinc fitis tam acerba.

II. Cervus sagittæ lœsus, dum potest currit, tamquam fugâ & curfù excuslurus sagittam, hinc accedit hitum. Christus amoris telo saucijs, non solùm pro universis simili hominibus, sed pro singulis scorsim pati parasitismus fuit, à parte quodammodo inhibendus. Inmensi telum amoris illum impulit ad cursum è cælo in terram conficiendum. A summo cælo egressio ejus ad currendam viam, & occursum ejus usque ad summum ejus. Quid miramur maximum fum post tam ingentem cursum?

III. Cervus quandoque altiusculum sepe transmis-
sus saltu, sepius miserè configit palo. Christus in
horto leperæ præaltam è mero duncto textam vidi &
cohontruit. Nam pavere capit, redere, & mœstus esse. Jam
que transflire eupiens, Pater, inquit, si posibile est, transeat
à me calix iste, transeat, transeat. Moliebatur saltum. Quippe
viderat sibi præsentia flagella, orbicularē vepretum,
trabales clavos, execrandam crucem, doloribus & op-
probriis plenissimam. Ah quā acura, quām alta, quām
horrenda seps! Sponsus quasi præfigiens, & ideo mo-
nens, Fuge, inquit, dilecte mi, & assimilare caput & bimulique
cervorum super montes aramatum. Malè metuebat tūclicet
sponsus, ne in monte Golgotha suo sibi raperetur sponsus.
Hoc certè loco nobilissimus ille cervus in sepe ex-
cellam fete induens horribili crucis palo infixit. Ego pono
animam meam, inquit, ut ceterum suam eam. Nemo tollat
eam à me, sed ego eam dñe ipso.

IV. Spiritus divinus, scriba est non tantum velociter scribens, sed planè admirandus, qui littoralia una, apice velunico complura claudit mysteria. Psalmus vigesimus primus de Christi crucifixis conscriptus est totus. Inscriptio hujus Psalmi: Pro susceptione matutinæ. Hebreæ vocis origine spæctata, inscriptionem hanc habemus: Pro cerva matutinâ. Ira Basilius, Hieronymus, Bellarminus nos eruditum Recte Cerva, quia pati maximè ad carnem Christi pertinebat. Quod Petrus asserens, Christus igitur, inquit, in carne passo, & vose adem cogitatione armam. Hac cerva, Christi caro, fixa patibulo avenalem aspidem triumphavit. Hinc illud triumphale carmen pro cerva sitiente ac mortiente, quæ matutinus horis ad vitam reedit. Hinc cerva matutina dicitur.

§. VI. Christi sitientis duplex potus, sed miserrimus.

CVM illud roboris prodigium Samson mille Philistæ asini mandibula in unum velut acervum jugulasset, horrendum sitiens clamavit ad Dominum: Tu dedisti in manu servi tui salutem hanc maximam atque vitam: & en situ morior. Aperuit itaque Dominus molarem dentem in mandibula asini, & egressæ sunt ex eo aqua. Quibus haustis refocillavit spiritum, & vires recepit. Christus crucifixus omnes Achæontis exercitus profligavit. Victoria & salus maxima. Interim clamabat viator: En situ morior. Ah, mi Deus, liceat nobis ad modulum humanum loqui, quomodo hæc res Angelos prætererit? quomodo

A huic occasione defuerunt? quomodo Christum extremè sitientem neglexerunt? Daniel in leonum cavo necari fame non permiserunt: annonam ei per Abacuc abundè ministrarunt; Elia factam & sitim cibo & potu tecerânt. Sed & Christi esuritionem post quadraginta diale jejunium obsequis suis levârunt; at verò sitim in cruce vehementer fum nec aquæ quidem caliculo fedarunt. Fel in lacrimam, acerum in peccatum offertur: Angeli silent & dissimulant.

Cacodemon admiranda duo celebravit convivia. Primum in paradiso, ubi mera cæque pretiosa, sed furtiva poma apposuit. Hujus convivij sumptus nequum ad ultimum alsem persolvimus: ex pre alieno adhuc labarum. Altero convivio diabolus meros lapides apposuit, & convivam Dei Filium, quem non noverat, invitavit, & ad alacriter edendum familiari sermone animavit. Judæi saxeō illo longè funestius truxerunt convivium, fel pro edulio, acetum pro vino Dom'ico apposuerunt. Bis, ut diximus, accepit Christus potum in supplici clivo. Primum, antequam in crucem suffixus, vinum myrratum, seu acetum felle mixtum. Moris erat, potum aei ut est hodiisque, reis ad supplicii locum perducis vi-cepit. num generosius offerre, ut mortem & misericordiam considerarent, & facultus tolerarent. Judæi, ea quidem specie quæ morem retinerent, re autem verâ, ut Christo rufus illuderent, pro vino vappam evanidam, mucidam, felleam attulerunt. Nam ex contumeliam, ut Chrysostomus ait, fel desiccatum panis loco vappa intriverunt, non peccato roborando, sed gaudi discriminando, quem solum haec tenus non lesarent. Ne quæ ergo pars corporis a cruciata ficeret libera, & ne quid ipsi ludibriorum omitterent, hoc genus portionis tan abominandæ excoxitâunt. Censem aliqui fel ita Christo præbitum, ut es-
set cibus similes & potus, quamquam magis fuerit potus quæ cibus. Euklymius dilacide, Arbitor, inquit, fra-
gmenta aridi fellis in aeto emolita fuisse, ut acutum quidem lo-
co vini esset, illa verò fragmenta pro buccellâ panis. Et precipie-
san potum dederunt, consecutæ etiam cibum. His enim qui
animo desituantur, vinum præbere solemus injecto pane, ut pri-
mam bibentes, postmodum etiam possint edere. Hunc autem
potum felleum libare Christus voluit, potate reculavit,
non tamen hostium barbarie, nec portionis amaritatem of-
fensus, quām ut ostenderet, se placide Patris arbitrio ad
mortem progreedi, non autem doloris impatientia præ-
cipitem ferri, nec ultrò sibi mala & necem accelerare.

Primus igitur Christi potus ad crucem, acerum fuit myrratum, felleum. Alter acerum purum, non ad si-
mum extingendam, sed ad irrationem augendam. Quod
aperte testatus Lucas, illudebat autem ei & milites, inquit,
accidentes, & acerum offentes, ducent: Si tu es Rex Iudeo-
rus, salvum te fac. Quod asserens Victor beati Marci

Grecus interpres, Et hoc quoque, ait, quod spongiam aceto
plenam ori illius adnolebant, in Jane absurdæ, illusonis opus
erat. Cyrilus hæc confirmans, illi adeo longe, inquit, ab
omni humanitate aberant, ut pro juvante potu atque jucundo,

nocencem & acerbum attulerint, & humanitatem, quæ moveri
videbantur, in impietatem converterint. Tam iste igitur,
hoc dū-
plici potu
Christus
Adami gu-
lam expia-
vit.

In cibo &
potu su-
mendo te-
perantia
& sobrie-
tatis metas
non trans-
ienda.

noxiæ
vires
in impie-
tatem
conver-
terint.
Lnc. cap. 23.
v. 37.

Euklymius
in cap. 27.
Matth.

D

Hoc dū-
plici potu
Christus
Adami gu-
lam expia-
vit.

In cibo &
potu su-
mendo te-
perantia
& sobrie-
tatis metas
non trans-
ienda.

noxiæ
vires
in impie-
tatem
conver-
terint.
Lnc. cap. 23.
v. 37.

Euklymius
in cap. 27.
Matth.

Hoc dū-
plici potu
Christus
Adami gu-
lam expia-
vit.

In cibo &
potu su-
mendo te-
perantia
& sobrie-
tatis metas
non trans-
ienda.

Hoc dū-
plici potu
Christus
Adami gu-
lam expia-
vit.

In cibo &
potu su-
mendo te-
perantia
& sobrie-
tatis metas
non trans-
ienda.

Hoc dū-
plici potu
Christus
Adami gu-
lam expia-
vit.

In cibo &
potu su-
mendo te-
perantia
& sobrie-
tatis metas
non trans-
ienda.

Hoc dū-
plici potu
Christus
Adami gu-
lam expia-
vit.

In cibo &
potu su-
mendo te-
perantia
& sobrie-
tatis metas
non trans-
ienda.

Hoc dū-
plici potu
Christus
Adami gu-
lam expia-
vit.

In cibo &
potu su-
mendo te-
perantia
& sobrie-
tatis metas
non trans-
ienda.

Hoc dū-
plici potu
Christus
Adami gu-
lam expia-
vit.

In cibo &
potu su-
mendo te-
perantia
& sobrie-
tatis metas
non trans-
ienda.

Hoc dū-
plici potu
Christus
Adami gu-
lam expia-
vit.

In cibo &
potu su-
mendo te-
perantia
& sobrie-
tatis metas
non trans-
ienda.

Hoc dū-
plici potu
Christus
Adami gu-
lam expia-
vit.

In cibo &
potu su-
mendo te-
perantia
& sobrie-
tatis metas
non trans-
ienda.

Hoc dū-
plici potu
Christus
Adami gu-
lam expia-
vit.

In cibo &
potu su-
mendo te-
perantia
& sobrie-
tatis metas
non trans-
ienda.

Hoc dū-
plici potu
Christus
Adami gu-
lam expia-
vit.

In cibo &
potu su-
mendo te-
perantia
& sobrie-
tatis metas
non trans-
ienda.